



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermes Theologicvs, Id est Synopsis totius Theologiæ,  
perspicuè, doctè, subtiliter, ac breviter discussa**

Et In octo Partes ... distincta ...

De Angelis Actibvs humanis, & Legibus


**Vindalium, 1646**

Sect. I. Quid sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38834**

DE BEATITUDINE. CAP. IV. 127

actum etiam indifferentem quoad individuum, esse possibilem. Quia quando proceditur ad opus, oportet ut actio aliqui secundum sc, & ex parte obiecti indifferentis, habeat finem, aliasque circumstantias debitas, vel iis careat; ac proinde sit bona, vel mala, non quidem ratione obiecti, quia sic semper est indifferentis, sed ratione circumstantiarum.



CAPUT V.

*De conscientia.*

---

SECTIO I.

*Quid sit.*

CONCLUSIO I.

**C**onscientia est actus ille intellectus, quo iudicamus aliquid esse faciendum aut non faciendum.) Ut hoc placiūs percipias, Norandum 1. ex S. Thōma 1.p. quæst. 79. art. 13. conscientiam consistere in actu, vt patet, tum quia ex vi nominis, dicit ordinem seu

F 4

applicationem scientiæ ad aliquid, tum  
quia conscientia dicitur testificari, qua-  
tenus aliquid fecimus, vel non fecimus;  
dicitur ligare, vel instigare quatenus iu-  
dicamus aliquid faciendum esse, aut non  
faciendum; dicitur excusare, vel accusa-  
re, seu remordere quatenus aliquid bene,  
aut male factum cognoscimus: ista au-  
tem omnia actum aliquem denotant.

Notandum 2. conscientiam et si latè  
significet iudicium, tam de factis, quam  
de faciendis, hîc tamen sumi à nobis  
strictè, pro iudicio de faciendis, cùm eâ  
inspiciamus tanquam regulam internam,  
quam in operationibus nostris sequi de-  
bemus: vnde illud est discriminus inter  
conscientiam & synderesim quod synde-  
resis est habitus quidam quo cognoscim-  
us prima principia practica: conscienc-  
tia autem est iudicium actuale, de con-  
clusione deducta ex eiusmodi principiis:  
ita ut non solùm per illam iudicemus,  
quid bonum, quid malum sit, sed etiam  
quid à nobis agendum sit, quid non a-  
gendum.

Notandum 3. conscientiam esse mul-  
tiplicem nimirum rectam,erroneam, du-  
biam,probabilem, & scrupulosam. Recta  
dicitur, quæ dictat esse bonum, quod bo-  
num est, malum, quod malum. Erronea,

qñæ dictat esse bonum, quod malum est, aut vice versa. Dubia, quæ velut anceps manet, ita ut nec assensum præbeat, nec dissensum. Probabilis, quæ nititur fundamento probabili, non tamen planè certo, propter oppositam dubitandi rationem. Scrupulosa quæ vni parti adhæret, sed cum anxietate, leui fundamento innixa. Cùm autem dubium non sit, quin homo conscientiam rectam sequi teneatur, de aliis nonnulla in sequentibus statuenda erunt.

---

## SECTIO II.

*Quomodo obliget.*

## CONCLVSIONE I.

**P**Ecatum est agere contra conscientiam errantem.) Probatur, nam peccatum est agere contra proximam agendi regulam: at proxima agendi regula est ratio dictans quid agendum, aut non agendum sit, eaque ratio non differt à conscientia, quare contra conscientiam agere peccatum est. Confirmatur, nam qui facit, quòd iudicat esse malum &

F 8